

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Hieronymus Weller

**Nobilissimi Viri D. Hieronymi Welleri Theologi Eximi[i] Consilium De Studio
Theologiae rite instituendo, ac feliciter continuando modoq[ue] recte disponendi
& habendi Conciones In Commodum Studiosorum**

Nunc primum in lucem editum / ex Bibliotheca Joachimi Morsi[i] a Joanne Hallervordeo Bibliopola, Rostochi[i]: Pedanus, 1617

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737583452>

Druck Freier  Zugang



Studienarbeit

X. Weller.
R. U. theol. 1617.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn737583452/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737583452/phys_0002)

DFG

NOBILISSIMI VIRI
D. HIERONYMI VVELLERI
THEOLOGI EXIMI
Consilium
DE STUDIO
THEOLOGIÆ

*rite instituendo, ac feliciter continuando
modoq;*

*recte disponendi & habendi
Conciones*

In Commodum Studiosorum

*Nunc primum in lucem editum
ex Biblioteca*

IOACHIMI MORSI

a

*Joanne Hallervordeo Bibliopola
Rostochi*

CIO DC XVII

Typis

JOACH. PEDANI Typog. Acad.



AD OPTIMUM
ERUDITIONE AC VIRTUTE
PRÆSTANTISSIMUM

VIRUM

DN. JOACHIMUM MORSIUM

AMICUM SUUM
M. JOANNES SLEKERUS
Phys. Prof. Acad. Rost.

STAT sua cuig, dies, breve & irreparabile tempus
Omnibus est vite, sed famam extendere factis.
Hoc virtutis Opus. Pauci quos equus amavit
Juppiter bunc animum MORSI, mentemq; benignam.
Accipiunt erga Musas & Apollinis artes.
Sunt tamen. Atq; adeo hos inter te Baltica cernit
Musa, tenetq; sui donum venerabile Phœbi,
Düsq; bonis porro teneat feliciter opto.



GRATIA ET PAX IN CHRISTO.

Uod à me petis N. ut tibirationem
praescribam, quomodo studia tua
Theologica instituere debeas, rectè
& piè facis. Nisi enim quis statim
initio hac studia rectè instituerit, nunquam
postea per omnem etatem praeclarè & cum lau-
de euangeli poterit, sicut in multis Theologia
nostra etatis est cernere. Cum igitur te pro-
pter ingenium & virtutem tuam diligam,
communicabo tibi praecepta de informandis sa-
cris studijs, simul & concionibus, qua à pra-
ceptore meo Charissimo, Reverendo D. Docto-
re Martino Luthero sancte memoria accepi,
Principio illud iterum, iterumq; te moneo,
ut sacram scripturam, longe aliter legas,
quam prophanas literas, videlicet ut cum
quadam reverentia, & summa animi inten-
tione legas, non ut hominis aut angeli verba,
sed ut verba divinæ majestatis, cuius unicum

A 2

ver-

verbulum plus ponderis apud nos habeat,
quam universa scripta sapientissimorum &
doctissimorum hominum. *Huic lectioni cre-
bras preces admisceas.*

Mane ubi surrexeris, pectus tuum lectio-
ne Psalmorum & Evangelistarum ad preca-
tionem accendas. Postea antemeridianum
tempus consumas lectione Prophetarum, &
Epistolarum Pauli. In primis autem Episto-
lam ad Romanos tibi familiariter notam red-
das. Quod superest temporis in evolvendis
scriptis D. Lutheri, & D. Philippi ponas. Po-
meridianū tempus destinabis lectioni librorum
veteris Testamenti, pricipue autem operam-
dabis, ut historias sacras probè tibi ipse legen-
do inculces. His adjungas & antiquitatis noti-
ciam, hoc est, historias Ecclesiasticas. Nam
cognitio historiarum Theologo valde necessa-
ria est. Nec tamen ita legenda sunt sacra, ut
literarum & artium studia prorsus abygian-
tur. Magno enim adminiculo & ornamento
sunt literæ, & artes liberales S. S. Theologia.

Si quis locus scripturæ paulo obscurior
occurrit, ne te in scrutanda hujus loci ten-
tentiâ

tentiā nimium torqueas, sed omitt eum, do-
nec perveneris ad peritiorem Theologum,
quem de isto loco consulas. Porro ita ad
lectionem sacrarum literarum accedas, quasi
nunc primum eas legere incipias, & diligenter
singulorum verborum pondera perpendito, &
piæ meditationi indulge; ita demum fiet, ut
semper novam doctrinam aut consolationem
inde percipias. Nulla enim res periculosior
est Theologo; quam hac persuasio, se probè
hunc locum scriptura intelligere & perdidicisse.
Nam sacra scriptura quo magis legitur, hoc
magis dulcescit, & ubiorem consolationem
nem præbet legenti. Similis est enim herbæ
odoriferæ, quæ quo magis conteritur, hoc
fragrantior fieri solet. Quid multa? sacra
scriptura est inexhaustus fons multiplicis
doctrinæ & consolationis, qui quo magis
bibitur, hoc magis sitim irritat, sicut omnes
afflictæ mentes testantur. Sed homines securi
& voluptatibus ebrij, ubi vix primis labris sa-
cras literas degustarunt, arbitrantur se omnem
doctrinam cœlestem exhausisse. Qui vero ad
hunc modum, ut dixi, sacram scripturam le-

A 3

gerit,

gerit, non sollicitus sit de cruce & afflictionibus.
Nam Satan seriam & ardentem verbi Dei
lectionem & auscultationem ferre non po-
test. Hinc est quod pio Theologo varia &
multiplicia certamina, propter studium &
amorem verbi Dei subeunda sunt, sicut mihi
& multis alijs accidisse memini.

Cum primum serio sacras conciones &
lectiones D. Doctoris Lutheri audire capisset,
illlico sensi virulentos morsus Diaboli, qui me
acerbisimo odio Lutheri, & doctrina ejus ac-
cendere studebat, adeo ut aliquoties ex adibus
ejus emigrare cogitarem, cum antea perbe-
atum me fore arbitrabar, si mihi consuetudine
summi viri nonnunquam frui liceret. Etsi au-
tem omnis generis tentationes iocundas & delectabiles pa-
rata fuerint, tamen illorum efficacissima reme-
dia & uberrimas consolationes ex sacris lite-
ris hauriet. Consolatio longe exuperabit tri-
stis iam, jugum illud Christi ei suave erit. Il-
lud etiam te admonere volo, ut ubi aliquad ca-
put in sacris literis perlegeris, observes qui sint
principii hujus capituli loci, verborum Empha-
ses & ponderes.

Hac

Hac diligentia bonos reddit Theologos. Ea
res dicebat ad me olim D. Lutherus, me reddi-
dit Theologum. Nec studium illud colligendi &
ediscendi insignes quasdam scriptura senten-
tias improbo, sed laudo, & hortator sum omni-
bus Theologia studiosis, ut sibi multa praeclara
dicta scriptura reddant quam familiarissima,
ut sint in conspectu & promptu, cum aut se-
ipsos, aut alios consolari voluerint.

Quia vero Theologia studiose scriptores
quoq; Ecclesiastici legendi sunt, judicium & con-
silium meum de his adjicam. Multi sunt in ea
persuasione, nemine solidè doctum Theologum
fore, nisi qui Patrum scripta, Augustini, Hie-
ronymi, Ambrosij &c. diligenter evolverit.
Itaq; hortatores sunt novitj Theologis, ut il-
lorum monumenta sapius legant ac relegendant.
Nec ferendos putant in disputationibus qui
Lutherum allegant. Majorem enim esse pu-
tant autoritatem patrum, quam Lutheri.
Sic enim omnes judicare solent, qui non totum
Lutherum pernorunt. Ostendam quid mihi
D. Lutherus consilij hac in re dederit. Post-
quam ad S. Theologiam animum applicassem,

vix

vir Dei admonebat me, ut præcipuos quosdam
libros Augustini legerem, scilicet librum de
confessionibus. Item librum de doctrina
Christianæ, de Civitate Dei, & similes. Fussit
& aliquid temporis interdum me impertirile
ctioni scriptorum Bernhardi, propter egregias
sententias quibus ille abundat. Nec non &
Ambrosium me legere voluit, propter anti-
quitatis noticiam: ab Origenis & similium
lectione me deterruit, eo quod illi omnes locos
scriptura in Allegorias transformarunt. Itaq;
Origenis & similium lectionem Theologia stu-
diosis perniciosam esse ducebat. Hieronymi
vero nec dictionem, nec interpretationem un-
quam probavit. Nam dictio ejus est tumida,
& plus opera sumpsit in declamando, quam in
interpretando scripturam. Sed nec Basili
magni scripta admodum laudabat, dicebat
enim illa (ut ipius verbis utar) nimium redolere monochatum. Magistrum Sententiarum
ideo legendum esse ajebat, quod is omnium fere
patrum sententias de præcipuis locis doctrina
Christianæ in libro suo collegerit, sed tamen
cum judicio juniores Theologos legere illum
vole-

volebat. Memini illum sape dicere. Nem-
inem ex patribus locum de justificatione tractas-
se preter unum Augustinum, qui mediocriter
illum tractavit. Post sacra Biblia, diligenter ac
studiosè divina monumenta D. Lutheri legas
ac relegas. Nemo enim præclarus Theologus
qui conscientias recte eruditat, & consoletur,
fieri potest, nisi Lutheri scripta diu multumq;
legerit, diurna & nocturna manu illa versans.
Scio quosdam esse qui D. Philippi scripta longe
preferunt scriptis D. Lutheri. Dicunt enim
quod D. Philippus omnes locos doctrina Chri-
stiana iungens, quod negant Lutherum fecisse,
& ob hanc causam scripta D. Philippi ma-
gis putant prodeesse Ecclesijs, quam D. Lutheri.
Mea hac est sententia. D. Philippi scripta stu-
diosis Theologia diligenter legenda esse propter
Methodiorum cuius ipse mirus artifex fuit, & propter
dictionem eius, qua latina, pura, suavis, pro-
pria & perspicua est: Doctorus Lutheri autem
monumenta propter uberiorem explicationem
sacrarum literarum, & præclaras cogitationes
studiosius evoluenda esse duco. Ipse enim tanta
dexteritate, & perspicuitate Prophetica & A-

B

posto-

postolica scripta interpretatus est, quanta nullus unquam interpretum facere potuit, aut facturus. Solus enim Lutherus hoc artificium tenuit, ut de rebus arduis, tam clare, perspicue & simpliciter dicere, & scribere potuerit, ut etiam pueri scripta ejus possint intelligere. Hanc ipse laudem cum nullo i&gnorat habet communem. Omnes praecipuos articulos doctrina Christiana in suis scriptis, lectionibus, concionibus integre, & perspicue tractavit. Solus ipse infestissimum hostem Ecclesiae Antichristum monstravit, & conscientias à laqueis humanarum traditionum liberavit, pios & afflictos in omni tentationum, & calamitatum genere confirmavit, & multos ab orco, ut dicitur, consolationibus suis revocavit. Nulla enim tentatio aut calamitas dici potest, cuius non ipse remedium in sacra scriptura monstraverit.

Omnium etatum, & conditionum homines docuit, quomodo in sua quisq; vocatione Deo serviat. Magistratum politicum amplissimis laudibus ornavit. Nec solum Papistas, verum etiam Antinomos, Enthusiastas, Sacramentarios & Anabaptistas refutarvit. Ad hancum omni-

omnibus fere Daemonibus dimicavit, quod re-
stantur ipsius avariae ac meatus. Memini eum a-
liquando dicere, nullam esse tentationem, cum
qua ipse non sit conflictatus. Atq; ea magis
fuerunt ei negotia. Impulerunt enim eum, ut
majori diligentia & attentione scripturam
scrutaretur, quam vulgus Theologorum.

Nec vero te perturbent quorundam nas-
torum ανθρωπων πόφων perversa iudicia, qui dicunt
Lutherum fudisse sua scripta, & non elaborasse,
& multas in illis esse ψευδολίας καὶ παράδοξα. Nescio
quid acuti illi censores vocent ψευδολίας καὶ παράδοξα
in scriptis Lutheri, nisi forte dulcissimas illas
consolationes, quibus ipse sauciatos animos igni-
tis telis Diaboli erigere consuevit. Cujusmodi
illa est, qua Lutherus multas afflictas conscienc-
tias s̄a pe confirmavit: Etiamsi tot peccata &
scelerā commisisses, quot decem mundi possent
committere, minime tamen desperare debes,
sed certo statuas illa tibi à Deo remitti, si modo
serio p̄enitentiam agens, in Christum credide-
ris. Quia Christi meritū longe exuperat omnia
mundi peccata. Non enim in te ipso, sed in Chri-
sto peccata tua spectare debes. Item: Christus est

omnium maximus peccator, & simul justitia
& vita eterna. Item alibi: Tu vis esse factus
peccator, & Christum habere fictitium salva-
torem. Si hac dicta Lutheri licet vocare
παρεργολας η παρειδηζα licebit ad eundem modum
& hac sententias Pauli vocare παρεργολας η παρειδη-
ζα: ubi abundavit peccatum, ibi superabunda-
vit gratia. Item: Lex iram operatur. At homi-
nes securi & certaminum spiritualium imperi-
i, nesciunt quanto molis sit, afflictam mentem,
& sauciatum ignitis telis animum consolando
erigere. Videmus in Epistola D. Lutheri, quo
olim Reverendum virum D. Georgium Spa-
latinum in aliqua tentatione consolatus est,
quam fudarit in ipso confirmingando. Omnes con-
solations eruditissime collegit, vix tamen illis
dolorem optimi viri levare potuit. Si Dominus
aliquando ad hunc modum istos nasutos censore-
res in infernum converterit, ut Psalmi verbis
utar, tum demum intelligent, & fatebuntur,
quam necessaria sint Hyperbolica consolatio-
nes Lutheri.

Habes consilium meum de ratione insti-
tuendi studia Theologica, quod cibit uiqꝫ simili-
bus

bus probatum iri non dubito. Magis autem illud probabis, ubi Tyrocinia olim in concionando deposueris.

Quia vero munus docendi in Ecclesia aliquando subitur us es, pauca etiam de virtutibus Concionatoris adijciam.

De Virtutibus Concionatoris.

Principue Concionatoris virtutes sunt quatuor. Est autem prima virtus Concionatoris, ut elaboratam, seu accurate compositam concionem, que lucernam, ut dicitur, olet; afferat, summopere cavens, ne ad extemporales conciones sese adsuefaciat, sed ut bene meditatus & instructus ad docendum accedat. Debet igitur omnes suas conciones prius domi formare. Nam compositio multas utilitates affert, format enim judicium, coerget ingenii petulan-tiam, luxuriam orationis emendat ac depascit, & facit ut prudenter, circumspecte & caute dicat concionator, tumens ne quod verbum sibi imprudenter excidat, quo aut gloria Dei laeti poscit aut pia mentes offendit, impiorum vero securitas ac ferocitas confirmari. Hinc est, quod omnes excelleat pietate & doctrina oratores

B 3

Ec-

Ecclesiastici suas conciones accuratissime compouerunt. Proxima virtus Concionatoris est, quidem vel pricipua, ut cum summo timore ac tremore ad docendum accedat, hoc est, ut Deum invocet, ut Spiritum Sanctum tibi donet qui pectus, os & linguam ejus regat, & ejusmodi mentem donet, qua nil nisi gloriam Dei, atque adificationem Ecclesia spectet. Periclem ferunt consensurum suggestum, semper deos precatum fuisse, ne quod verbum sibi excideret, quo quisquam laedi posset. Quanto magis decet Doctorem Ecclesia, cum ad docendum accedit, in eodem loco, ubi non modo homines, sed etiam angelos ac Deum ipsum auditores habebit, Spiritum Sanctum invocare, ut regat os & linguam ejus, ne quod verbum sibi excidat, quo aut gloria Dei laedi possit, aut pia mentes conturbari.

Tertio ut operam det, non ut popularia, paradoxarum & plausibilia dicat, sed pia, utilia & necessaria tradat, & in hoc summis animi viribus incumbat, ut pavidas conscientias erigat & confirmet, ferrea autem & adamantine peccatora, comminationibus divinis terreat, ac inpenitentes frangat.


Quar-

Quarto caveat ne bellis & concinnis di-
eterijs, seu scommatibus quæ Paulus ^{legem}
vocat, auditorum aures demulcere videatur,
nec atrocibus, contumeliosis & virulentis
verbis in reprehendendo utatur. Nam et si re-
prehensio gravis esse debeat, tamen contu-
melia & acerbitate careat, plane sit ejusmodi,
quæ ex amico & pio pectore profecta esse vi-
deatur. Sunt enim quidam concionatores non
modo nimis importuni, sed etiam acerbi, viru-
lenti ac contumeliosi, in taxandis hominum
vitij. Semper igitur objurgationi addat hanc
correctionem: Optimi in Christo fratres, Lie-
ben Frunde/ novit Deus, me non odio, aut ma-
levolentia accensum, sed vero zelo, & officij
ratione adductum, severius vos objurgare &
taxare vitia. Lutherus et si natura erat vehe-
mens & ardens, & vita acerrime taxabat in
concionibus, tamen semper à convicys & nimia
asperitate verborum temperabat.

Quinto illud semper studio habebit, ne ni-
mirum prolixas conciones habeat, nec obruat
audidores multis locis tractandis, ut eos stadium
verbis capiat. Memini D. Lutherum dicere
ad

ad Theologum quendam, cui mos erat ad duas fere horas concionari: vos facitis tedium verbi. Item D. Philippum aliquando cum forte in mensa Concionatorum mentio facta esset, hanc vocem edere: Oportet Oratorem, sive Ecclesiasticum, sive forensem per quam facundum & suavem esse, ut si ultra dimidiam horam concionetur, effugiat tedium auditorum. Quia nullus inquit, sensus citius defatigatur quam auditus. Praeclare ut ergo, & Lutherus & Philippus. Ut enim hi omnium optime musicis instrumentis ludere dicuntur, qui, cum dulcissima est cantilena, abrumpunt eam, ut acuant in auditoribus aviditatem auscultandi: ita concionatores maxime probantur, qui sciunt quid sit satis, hoc est, qui norunt & incipere & desinere. Id autem nemo melius ferre potest, quam qui meum in concionando tuetur. Dici autem non potest, quam necessaria sit meum in docendo. Efficit enim ut auditores semper aliquid ex concionibus domum auferant. Etsi enim magna laus est concionatoris, rem amplificare dicendo, & adducere animos auditorum ad aliquem affectum, tamen ne id quidem prestare potest, nisi studiosus sit methodi. Sicut appareat in omnibus scriptis Lutheri & summorum oratorum. Plura de virtutibus concionatoris possit praeципi, qua ex alijs aliquando cognoscet, & hanc meam brevitatem boni consules. Bene vale in Domino qui meum & sapientiam tibi dabit & in concionando & confitendo Christum. Bene vale in Domino. Fribergae 13. Septemb. 1561.

Hieron. VVeller D.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn737583452/phys_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737583452/phys_0020)

DFG

Quarto caveat ne bellis & Eterijs, seu scommatibus quæ vocat, auditorum aures demun nec atrocibus, contumeliosis verbis in reprehendendo utatu prehensio gravis esse debeat, melia & acerbitate careat, plan quæ ex amico & pio pectore p deatur. Sunt enim quidam comodo nimis importuni, sed eti lenti ac contumeliosi, in taxare vitijs. Semper igitur objurgata correctionem: Optimi in Chri ben Frunde novit Deus, me no levolentia accensum, sed vero ratione adductum, severius ve taxare vitia. Lutherus et si nam mens ardens, & vitia acerr concionibus, tamen semper à con asperitate verborum temperabat.

Quinto illud semper studio mirum prolixas conciones habet auditores multis locis tractanda verbicapiat. Memini D. Lut



is di-
eatur,
lentis
tsi re-
ontu-
nodi,
se vi-
es non
viru-
num
hanc
, Lie
t ma-
officij
re &
vehe-
at in
imia
ren-
ruat
diuum
ere
ad